

mebat inimicorum insidias; quia defunctus erat, & divino auxilio privatus.

QUESTIO XVI.

Quare Christus promiserit aliquid Petro & Andrea; non vero hinc Iacobo, & Joanni?

116. Christus Dominus vocans Petrum, & Andream, ait illis: Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum; in quo magnum eis primum videtur promittere. Et nil tale dicitur Jacobo, & Joanni, cum vocantur.

117. Gregor. Abulens. Respondet primò ad quæstionem cum D. Gregorio homil. 5. in Evangelia. Abulens. q. 8. Quod in hac vocatione nil primum promissum Petro & Andrea; & ideo postea dixit petrus, Ecce nos reliquimus omnia quid ergo erit nobis? Matth. 19. n. 27. Christus ei respondit: Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes, &c. Si petro in sua vocatione esset primum promissum; ipse non diceret: Quid ergo ei sit nobis? Et si Christus sequentibus se jam assignaverat primum; quare denuo non diceret? Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, &c. Stabilior hæc sententia. Quia si Christus promisit aliquid Petro, & Andrea; in sua vocatione, hoc continetur in illis verbis: Venite post me faciam vos piscatores hominum; atqui hic non promittitur primum, sed potius injungitur laboriosum prædicationis, & conversionis animarum officium. Et hæc explicatio, atque sententia mihi vera videtur.

118. Abulens. Secundò respondet Abulens citatus, quod, si concedamus, quod Christus Dominus aliquid promiserit Petro & Andrea; illud etiam promissum fuit Jacobo, & Joanni, quia valde verisimile est quod in ipsa vocatione eis indicaret officium, ad quod assumebatur, quod erat ad hominum piscationem. Evangelista tamen hoc subtrahit; quia valde verisimile, quod diceret eis id ipsum, quod dixerat prioribus. Et comprobatur. Quia etiam forma vocationis non exprimitur in secundis; nam primis dixit Dominus: Venite post me; in secundis autem solum enarrat Evangelista, Vocavit eos; modus autem vocationis non exprimitur. Et est intelligendum, quod vocavit eos sicut præcedentes: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.

119. Euthym. Tertio Euthymius. Verisimile est autem, audisse eos à Petro, & Andrea promississe Christum, quod sequentes se redderet hominum piscatores. Tanquam si innuat, quod Christus eis non promiserit primum, quia à Petro, & Andrea illud audierant. Sed hæc intelligentia supponit, quod intervenerit aliquod tempus inter vocationem Petri, & Andrea; ac horum Apostolorum, cum parvulam morulam interjecisse constet ex Marco, nam post vocationem Petri ait: Paululum procedens, Christus vidit duos fratres, & vocavit eos.

120. Quarto Chrysostomus in Carena D. Thomæ. Non pollicetur eis Dominus primum sicut prioribus, quia multa de ipso audierant, scilicet tanquam familiares, & consanguinitate conjuncti. Tanquam si dicat Petro, & Andrea; ut sequerentur, primum promitti, necesse fuit: Jacobo autem, & Joanni, ut post Christum irent, primum proponi non erat necessum; hi enim erant cogniti, ut notat Abulens citatus; ac proinde propter cognitionem, & affectum, ipsum sequerentur, præcipue cum multa, & magnifica de ipso jam audissent, & eis nota essent.

121. Quintò moraliter in laudem Joannis Evangelistæ dicam. Ut Petrus, & Andreas post Christum venirent, opus erat, ut primum traherentur; at Joannes ut Christum sequeretur, necessarium non erat invitari primum, sed tantum levi signo ipsum vocare: Ille namque naturalis in Christum pondere, affectuque ferebatur amoris. Et ita Petro, ut Christum sequeretur, à Domino dicitur, Sequere me; ut autem Joannes post eum iret, talis possessio non desideratur, sed absque illa videtur eum petrus sequentem Ioan. 21. num. 20. quod latius ibi dicam.

122. Sextò D. Chrysostomus homil. 14. Vocando autem, ait, nihil eis promissi, sicut prioribus: obedientia enim coram, qui præveniant, vitam eis ad credendum preparaverat. Petrus, & Andreas, & Christum sequantur, magno alliciuntur primum; Venite post me, faciam vos piscatores hominum. At Jacobo, & Joanni nil primum pollicetur. Cur ergo illi invitantur primum, & non illi? Petro, & Andreas primi vocabantur, primique Apostolicam illam aggrediebantur viam. Ideo conveniens fuit, ut primum traherentur ad Christum sequendum. At Jacobus, & Joannes præsentium, spontaneè post Christum currentium, jam habebant exemplum; ideoque eis non proponitur primum, sed loco illius aliorum objicitur imitatio, quorum vestigiis, exemploque movebantur ad Christi scholam, utque ei immobiliter adhererent.

123. Gaar. 1. Trabe me post te; curremus in odorem unguentorum tuorum, Cantic. 1. num. 4. Merid quæres: Quomodo sponsa in singulari pro se postulat, ut ipsa trahatur post sponsum; & statim suarum sociarum nomine subinfert: Curremus? Nunquid, ut ait D. Bernardus ferm. 21. Sponsa indiget trahi; adolescentule non indigent? O pulchra, o sœlix, o beata edisse nobis hujus distinctionis rationem. Nunquid majorem charitatem adolescentula habent, ut ipsa non indigeant trahi, sed sola sponsa? Et, si ipsa sola trahitur, ipsa sola currit. Quomodo ait, Curremus? Apud se tanquam certum determinatumque habebant, quod si ipsa curreret, omnes alia exemplo ejus concitaretur etiam currerent, ejusque vestigia insequerentur. D. Bernardus citatus. Non curram, ait, ego sola, etsi sola me trahi petierint: current adolescentule mecum. Curremus pariter, curremus simul; ego odore unguentorum tuorum, ille meo excitare exemplo, atque horatu: ac per omnes in odore unguentorum tuorum curremus.

QUESTIO XVII.

Quare isti Apostoli vocentur reficientes retia?

124. Respondet primò D. Chrysostomus homil. 14. Tanta erat egestatis magnitudo, ut vetera contexerent; quia traxe nova nequibant,

quibant. Nec, anò parva hæc sunt documenta virtutis, facile omnem vitam pauperiam, de justis laboribus vivere, manna sibi chabitate connecti, secum habere inopem parrem, atque ejus obsequio laborare, Et idem habet in Imperfecto hom. 7. Idem docent Euthymius, Theophylactis, S. Thomas, Surius in vita S. Joannis Evangelistæ, mensè Decembri. Benedictus Pereira; Prolog. in Ioan. disput. 2. & alii. Qui omnes referunt ad suam paupertatem, ut pote inopem parentem adjuverent, & ut illum consolarentur sua presentia: ut ait idem Chrysostomus proximo oratione in Imperfecto. Et tunc vocantur in ipso opere, non quando pices vendebant, sed quando, ut pauperes, retia reficiebant, parentemque adjuvabant; quia paupertas & pietas in parentes Deum maximè attrahit, & allicit. Hæc sententia est multum probabilis.

Euthym. Theoph. D. Thom. Surius. Pereira.

Chrysof. Pietas in parentes Deum attrahit.

125. Abulens. Non erat in Zebedæo extrema paupertas.

Nobiles anti qui fabricis operabantur.

Operibus divitiis vitanda. Pelusior.

Tiraq.

126. Jacobus & Joannes nobiles, & Christi consanguinei.

Nicephor. Domus in qua sacra Eucharistia fuit instituta. Joannis erat.

Abulens. Assueti laboribus ad prædicationem non otiosi, quia illi, qui ad dispensandum verbum Dei, vel ad aliquod magnum negotium eliguntur, non est otio indulgendum. Allucti enim otiositati ad prædicationis officium aliam non debent, quia esset eis valde asperum, laboriosas officii hujus occupationes tolerare. Deinde occupatio reficiendi retia in eis notatur, ut inde declaratur, quod erant piscatores; ac proinde valde apti ad officium, ad quod assumebantur, ut satis est declaratum.

127. Tertio. Abulens quæst. 106. quod Scriptura narrat in his Apostolis, sicut de Ietto, & Andrea, quod mittebant retia; ut ostendatur, quod non erant otiosi, quia illi, qui ad dispensandum verbum Dei, vel ad aliquod magnum negotium eliguntur, non est otio indulgendum. Allucti enim otiositati ad prædicationis officium aliam non debent, quia esset eis valde asperum, laboriosas officii hujus occupationes tolerare. Deinde occupatio reficiendi retia in eis notatur, ut inde declaratur, quod erant piscatores; ac proinde valde apti ad officium, ad quod assumebantur, ut satis est declaratum.

128. Quarto. D. Chrysostomus homil. 7. in Imperfecto. Fortè propter Petrum sui discipuli sunt mittentes retia; isti autem propter Joannem componentes; quia Petrus in edificatione tantum Evangelium, & non composuit? Joannes autem prædicavit Evangelium, & ipse composuit, & non solum composuit, sed etiam omnia Evangelistarum retia ipse composuit: nam, cum omnes humana Christi penè sola composuissent, iste commisit eis etiam divina ipsius, ut nullum relinqueret. Spiritus sancti scandalum privatum in eis; unde pices egrediente Petrus, & Andreas erant mittentes retia; Joannes, & Jacobus componentes; et quod propter Joannem est dictum; nam Petrus misit prædicationis rete, non tamen Evangelium composuit; at Joannes prædicavit & composuit. In eo omnium aliorum Evangelium ipse composuit, prout in suo intexit tubilem generationem divinitatis Christi, quo maxime solidatur, ac firmatur tota doctrina Evangelica, ne in Christiana sagena, ulla scandali, vel erroris apertior ruptura, sed ut tanto undique testimonio consolidata esset, atque munita.

129. Quintò; palatius notat, quod Petrus mittebat rete; Joannes autem, & Jacobus reficiebant retia sua. In Petro significatur Romanus Pontifex, in quo rehdet auctoritas prædicandi, & sanctam doctrinam docendi; cuius fides nunquam deficit: & ideo non habet, quod reficiat rete suum. Jacobus autem, & Joannes vicem gerunt minorum Prælatorum, & prout ipsos reparantur reficere dicuntur retia: quia in inferioribus Prælati aliquando fides rumpi potest; ac nonniam doctrina impetu magnum piscium nonniam laceratur.

130. Sextò. Alberti Mag. Retia, ait, per metacarbonam docent artem Prædicationis: ut illa reficiatur studiis Scripturarum; & promotione literarum virorum. Hugo Cardinalis, Rete, inquit, prædicationis debet refici contemplatione, & studio. Jacobus, & Joannes Theologus reficiebant rete, quod prædicationem designat, quia prædicationis evangelica reficienda est, non vaniloquio, non criticis verbis, non calamistro, non retortis, ac prophantis historiis, non Poetarum figmentis, non fallis, ac jocosis ludibriis; sed ex oratione, ac contemplatione, meditatione sacrarum Scripturarum, studio sanctorum Patrum, ac illorum sententiarum, quæ lachrymas, ac compunctionem excitare valent.

127. Abulens. Assueti laboribus ad prædicationem non otiosi, quia illi, qui ad dispensandum verbum Dei, vel ad aliquod magnum negotium eliguntur, non est otio indulgendum. Allucti enim otiositati ad prædicationis officium aliam non debent, quia esset eis valde asperum, laboriosas officii hujus occupationes tolerare. Deinde occupatio reficiendi retia in eis notatur, ut inde declaratur, quod erant piscatores; ac proinde valde apti ad officium, ad quod assumebantur, ut satis est declaratum.

128. Chrysof.

Joannes dicitur a Chrysostomo omni in Evangelio prædicavit & composuit.

129. Palatinus Fides in Romano Pontifice, & nunquam deficit.

130. Alberti Mag. Hugo.

Prædicator reficit prædicationem, non vanis historiis sed sententiis Scripturarum, ac oratione.



leant, quando enim aliquid diffusum, aut scissum parte aliqua refarcitur, non ex ab simili panno, vel tela assumitur. Prædicatione, quæ Scripturæ sacræ documentis, sanctorumque patrum meditationibus debet esse intexta, non est vanis fabellis, prophanisque historiis referenda.

David valde obnixè à Deo gratiam postulat: *Ut non loquatur os meum opera hominum*, Psal. 16. n. 4. Sed cor tantus Propheta huiusmodi locutiones tantum timet, ut ne verbum de operibus hominum in ore suo velit habere? Erat Regius Vates totus deditus contemplationi operum Dei ac meditationi sacræ Scripturæ, & magnum piaculum reputabat, si inter tam profunda mysteria humana colloquia commiseret, D. Ambr. ser. 2. 2. in Psal. 118. *Non enim, ait, mediocre periculum est, cum habeas tanta eloquia Dei, & Dei operas, que fecit in Genesi, fecit in Exodo, fecit in Levitico, Numeris, Deu eronimo, Jesu Nave, Iudicum, libro Regum, aique Esdrae libris; que fecit in Evangelio, in Actibus Apostolorum, si illis prætermisissis, loquaris, que seculis sunt.*

*Matth. 4. n. 2. Illi autem statim relictis retibus, & parte, secuti sunt eum.*

VERSIONES.

- Syriacus. Illi autem statim reliquerunt naviculam, & patrem suum.
- Pagninus. Illi autem protinus, cum reliquissent navim, & patrem suum.
- Græcus. Relicta navicula, & patre suo, post eum abiierunt.

ALTER TEXTUS.

*Marc. 1. n. 20. Et relicto patre suo Zebedæo in navi cum mercenariis, secuti sunt eum.*

EXPOSITIO.

DESCRIBIT Evangelista, qualiter se habuere filii Zebedæi ad Christi vocationem. In quibus notanda est obedientia velox, expedita, spiritualis, & perfecta. Obedientia velox; quia statim Ecclesiast. 5. num. 8. *Non tardes converti ad Dominum; ne differas de die in diem.* Obedientia expedita; quia, relictis retibus, vel naviculam intelligitur, quod reliquerint omnia sua, & quæ artis piscatoriæ erant. Spiritualis; quia relicto carnali patre, Marcus verò addidit, & relictis mercenariis, nempe piscatoribus, ad opitulandum mercede conductis, *Secuti sunt eum.* Ecce perfecta obedientia, Christum sequi, eique individualiter adherere. Et ut ait Albertus Magnus, tanquam alter Amathias Davidi, sic locuti sunt Apostoli Christo 1. Paralip. 12. n. 8. *Tui sumus, ô David, & tecum, fili Isai;*

131. Psal. 16. Propheta verba in concione ne dicas.

Ambros.

Albert. Mag. 1. Par. 12.

*pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis, te enim adiuvant Domini.*

QUESTIO XVIII.

*Quare relicto patre Iacobus, & Ioannes sequuntur Christum.*

Ratio difficultatis est; quia Exod. 20. n. 12 præcepit Dominus: *Honora patrem & matrem tuam, ut sit longævus super terram.* Ergo, cum Zebedæus esset tenex in ætate iam provecta, videbatur, quod à filiis derelinquendus non erat, cum eorum ope ad vitæ ministerium indigeret. Ad questionem.

Prima, & germana solutio: Adeo fuit efficax Christi vocatio cum suæ divinæ gratiæ auxiliis, quibus mori sunt; atque attracti, ut relictis omnibus, parente, navicula, ac retibus, Christum sequerentur; Christi enim vox cælestis quoddam habebat incantamentum Spiritu sancto cooperante, ut explicavi superiori quæst. 12. Unde ait Euthymius. *Horum fidem intueri, quæ patrem etiam despexerunt. Necessè est, parentibus quoque præponere Christum.*

Ad argumentum factum in principio respondeo, quod parentes non sunt relinquenti, si non habent, unde alimenta possint comparare. Ille, autem Zebedæus, licet dives non fuerit, tamen secundum suum statum, solatia habuit unde vivere possit, ut notant hic Albertus Magnus, D. Thomas; nam habebat domum in Jerusalem, ut dixi supra ex Nicephoro; deinde habebat navim, & mercenarios, ut patet ex præfati textu. Et cum pater haberet alimenta, licitum est filio, ipsum relinquere, & Religionem ingredi; ut docent D. Thom. Quodl. 3. art. 16. Sylvest. verb. Religio 2. n. 7. Navar. in summa cap. 14. n. 14. Azor. lib. 12. insti. c. 1. quæst. 8. Rodr. tom. 3. 9. 13. art. 5. Sanch. in summa lib. 4. c. 20. n. 3. E. in his, quæ sunt perfectionis status, filius non est subditus suis parentibus, ut docent Clavis Regia lib. 7. c. 6. n. 9. Molfes. in summa de peccatis, tract. 1. c. 18. n. 94. Bonac. in Decalog. disp. 6. quæst. unic. punct. 4. n. 2. §. tertio filium.

Venio jam ad rationes morales quæstionis. Secundò D. Chrysostomus homil. 7. in Imperfecto. *Vide, ait, quia Petrus quidem, & Andreas dicuntur reliquisse retia: Iacobus autem, & Ioannes patrem, & navim. Tria sunt enim generaliter, quæ relinquere debet omnis, qui venit ad Christum: actus carnales, substantiam mundialem, parentes carnales. Per retia enim piscationis actus carnales relinquenti significantur: per navim autem, substantiam; per patrem verò, omnes parentes.* Ferè similiter D. Thomas, Norandum, ait, quod duo superiores navem tantum, isti autem reliquerunt retia, navem, & patrem, ut patet ex textu adjuncto Græco, vel Syriaco. In quo significatur, quod propter Christum debemus omittere terrena omnes occupationes, per rete significatas. 2. Timoth. 2. n. 4. *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Relinquendæ sunt divitiæ, vel possessiones, per navim designata. Matth. 19. num. 21. *Si vis perfectus esse, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Affectus carnis relin

133. Exod. 20.

134.

135. Alber. Mag. D. Thom.

136. Chrysost. Qui venit ad Christum substantiam mundani carnisque relinquit affectus.

137. D. Thom.

138. Chrysol. Tilm.

139. Gregor. Bernard. Basil. Beda. D. Thom. Albert. Mag. Cassian.

140. Luc. 9.

141. Ratio diff. cultus.

142.

143.

Y 4

relinquendus, qui per patrem demonstrator, Psal. 44. num. 11. *Obliviscere populum tuum, & domum patris tui.* Ferè similiter Glossa Interlinearis.

Et quia Joannes omnes carnales relinquit affectus, ideo ejus tutelæ creditur purissima Virgo, Christus in cruce pendens matri suæ dixit: *Mulier: Ecce filius tuus.* Deinde discipul: *Ecce mater tua,* Joan. 19. num. 26. Sed undè Joannes tantum meruit, ut sacratissimam Virginem in matrem suam acciperet: In ipso maxime apparet, ac cernitur carnis, & sanguinis renuntiatio. Nam in Evangelio de nullis aiis expresse legitur, & habetur, quod cum suis temporalibus bonis simul patrem reliquissent, nisi de filiis Zebedæi, ut narrat noster textus, Et sacratissimi virginei thesauri ille dignissime custos exstebat, qui alienus erat ab omni carnis, & sanguinis affectu, nihil que de suis noverat, qui totus ad Dei cognitionem erat intentus. Eleganter D. Ambrosius in exhortatione ad virginitatem; *Ideo, ait, illa n. scilicet Virginem Mariam, Domini ut de cruce discipulo suo, dilecti sibi sibi, tradidit sancto Joanni cui dixit patri, & matri suæ: Non novi vos. De-nique vocatus à Christo relinquit patrem, Verbum secutus. Hinc traditur Virgo, qui suos reseriat; huic traditur Virgo, qui suos non cognovit.* Ex his etiam considera, quantum recipit homo pro illis, quæ pro Deo dimittit. Petrus navim reliquit, cujus loco gubernacula totius Ecclesiæ suscepit; Joannes patrem pro quo sanctissimam Virginem Mariam in matrem accepit, quæ ut ei esset mater data est.

Tertio Theophylactus ait: *Apparet Zebedæum non credidisse, & propterea reliquerunt eum. Videt, quando oportet relinquere patrem; Nempe quando obstat virtuti & pietati. Ua ex rationibus, ob quam tam promptè, expeditèque patrem suum reliquerunt, extitit, ut ait citatus Doctor, quia pater in infidelitate permansit, neque credidit & pater ac consanguineus infidelis omnino fugiendus est, ac declinandus, ne tanquam peccatis alios inficeret, ac necare valeat.*

Dixit Dominus ad Abraham. *Egrederet de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui,* Genes. 12. num. 1. Hæc ut volunt Rabbini, ac etiam Divus Augustinus, dicta sunt Abrahamo, antequam ejus pater mortuus esset. Sed ear jubetur exire de terra illa, & de domo patris sui? Ad hoc respondent Divus Cyrillus Alexandrinus lib. 3. contra Judæos, & Divus Chrysologus citatus à Tilm. allegorici, quia ibi maxime videbatur infidelitas, & idololatria. Sed inde mihi oritur difficultas, nam ad quamlibet terram Abrahames se conferret, ibi etiam infidelitatis obsecratio dominabatur, huiusmodi enim caligine omnis terra repleta erat. Verum est, quod venenosa pestis hæc ubique serpebat; in ea verò terra in qua commorabatur Abraham, erant pater Thare, & frater Nachor, ac consanguinei idololatræ, & infideles; & maxime periculosum erat, quod ibi demoreretur, & cum eis conversaretur, & ideo ab eo loco abire recederetque jubetur, Abulensis ibi quæst. 1. ex sententia Rabbiorum, *Thare pater Abrahamæ Aaron ad idololatriam declinaverat cum Nachor filio suo, & ideo Deus apparuit Abrahamæ dicens, quod egredere de terra illa.* Unde ait ad eundem Geneleos locum Thom. Augustinus. *A propinquis, & domesticis divino cul-*

tui & amoris contrariis facilis homo impeditur, & retrahitur à bono, erabaturque ad malum, quam ab ignotis, & extraneis.

Dei mandato maxime edoctus est Abrahamus, ut cognosceret, quàm nociva sit aqua mortifera consanguineorum infidelium societas. Anrequam ipse è vivis discederet, cum multos filios haberet, Genes. 25. num. 6. *Filius concubinarum largius est muneris, & separavit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse viveret ad plagam orientalem.* Nil fortius fraterna concordia; nil jucundius quàm fratres habitare in unum, Psal. 132. n. 1. Cur ergo bone tenex, filios tuos inter se mutuo separas? Nonne melius erat, ut simul in eadem habitarent civitate, ut se ad invicem possent adjuvare; cur igitur eos dividit? Præsciebat, concubinarum filios futuros esse idololatræ, ne ergo eorum societate conquinarentur filii Isaac, in quibus, per revelationem divinam certus erat, cultum veri Dei esse permanurum, ideo eos inter se dividit. Nam qua mvis filij Isaac cum Gentibus inanium Deorum adorationi deditis habitarent, non tamen ita ab his fœdulo cultu conquinari valebant, ut ab illis, qui sanguine erant conjuncti. Abulensis, Abraham, ait, *Deo revelante cognovit, quod cuius Dei solis successoribus suis per Isaac mansurus erat, ideo diris eos ab Isaac, ne posteritas illorum posteritatem Isaac à Dei laudibus distaret.*

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

QUESTIO XI.

*An Apostoli ita reliquerint navim, & retia, ut postea de eis non dispojerint?*

Ratio difficultatis est. Quia videret valde irrationale, quod relinquerent ea, quæ possidebant in littore ut perirent. Deinde, quia isti poterant obedire vocationi Christi; & postea de suis bonis disponere; ut faciunt illi qui Religionem ingrediuntur. Hanc quæstionem satis latè explicat Abulensis, quæst. 111.

In hac quæstione breviter dico, quod ubi primum à Domino sunt vocati, statim sunt sine ulla condtatione relictis omnibus, ipsum secuti. Ita expresse ait textus de Petro, & Andrea, Iacobo, & Ioanne. Ita loquuntur sancti Pater, Chrysol. homil. 14. *Nihil distulerunt, nihil omnino condtati sunt. Non dixerunt: Revertamur domum, loquamur propinquis: sed cuncta illico relinquentes.* D. Gregorius hom. 5. in Evangelia. *Ad unum Domini præcipium, hoc, quod possidere videbantur, oblii sunt.* D. Bernardus, Continuo; *nihil dijudicantes, aut hæsantes, sine mora relictis retibus, & navi secuti sunt eum.* Similiter D. Basil. Seleucus Orat. 30. Beda, D. Thom. Albert. Magnus, Cassianus & alij.

Et probatur: quia Christus Dominus dixit cuidam, *Sequere me;* & ille respondit: *Domine, permittite, me primum ire, & sepelire patrem meum; dixi autem ei Jesus: sine mortuis sepelire mortuos suos.* Luc. 9. n. 59. & 60. Ergo, si non licuit immorari propter officium valde pium parenti præstandum; nec etiam licuit propter rerum temporalium dispositionem: imo quidam dixit Christo: *Sequar te, Domine. Sed permittite mibi primum*

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

Abulens.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.